ri vobis quibus vobis vobis
gunt. Symonā ē hōs scdm
plone ab ofētijs aduocatoe
tioā vt furius furi. hō ip
bim qui volentibus sunt
inānes. Nōm tū dicit vt al
iustiam cōmēto ofētijs
ofētijs aduocato. Sic motu
im ignorantia vobis are
q̄ ptiū ofētijs dicitur nec h
multa quā dicit q̄ ptiū
mōtū. Sic nec hōm et
cōsiliū aduocatoe hō
sunt hōm. Et dicitur hō
hōm hō & cōsiliū hōm
non mōtū hōm dicit q̄ hō
uocant. Si autem ignorant
tum est vltim exculcatur a
exculcatur dicitur hōm
quā dicitur cōsiliū exculcatur
sōdus hōm q̄ ptiū hōm
est vltim & ptiū hōm
dicit vt. Si aliam ptiū hōm

et ne quis de iniusticia aut malicia comoduz reportet. **H**ec debent esse
 principales cause aduocancium et procuratorum licet secundario com-
 petens salarium iuste exigere potest. **E**t quidam secundum thomam patrociniū
 pauperibus in defensionibus causarum non semper tenent aduocati sicut nec
 in ceteris opibus misericordie semper quilibet tenet occurrere. **S**ed cum
 vident necessitatem nec alterū super esse qui velit aut possit succurrere
Sic enim tenet quilibet secundum illud. i. **Jo. ij.** Qui vident fratrem suū
 necessitatem habere et clauerit viscera sua ab eo quō caritas dei manet in
 illo. **S**i autem in prompto appareat quō et aliter subueniri possit per
 aliam personam magis diuitiam aut maiorem facultatem habentem non te-
 netur ex necessitate subuenire indigenti. ita quod non faciendo peccet quous
 laudabile est si faciat salua tamen propria necessitate. **E**t hoc etiam dicitur
 dum est de medicis. **A**lioquin oportet tales omnia alia negocia premit-
 tere et solis causis pauperum et infirmorum iuuandis intendere. **N**on enim
 est de necessitate salutis semper cum proprio damno aliorum in contumacia suc-
 currere. **U**nde **Aug. li. i. de doctrina christiana** sic dicit. **C**um omnibus pro-
 desse non possis hijs potissime consulendum est qui pro loco et tempo-
 rē velud quarūlibet rerum oportunitate bene considerat tibi quadam sorte iū-
 gantur. **S**ententia est thomae secunda secunde. q. lxxi. arti. i. **A**rcent tamē multe
 persone ab officijs aduocacie et procuratorie ut patet. q. vj. c. dā. propter ipso-
 ritiam ut surdi muti furci et imbeciles. **A**lij propter indignitatem ut inordinati et
 biteri quia utilioribus sunt obligati et clerici in iudicio seculari etiam etiam
 infames. **N**on enim decet ut alterius iusticie patronus existat qui in seipso
 iusticiam contempnit. possunt tamē pro se ipsis vel personis diuitis ut
 officio aduocati. **S**ic monachus in causa monasterij si abbas iusserit.
Item ignorantia iuris arcere debet aliquem a patrocinando in causis.
 quia prestat impedimentum. nec liceat alicui alteri cooperari in causa sciēter
 iniusta. quia dicitur. **ij. pal. p. xix.** **I**mpio factus auxilius et iterum ira dñi
 merzbars. **S**ic nec licetum est alicui cooperari ad aliqd malū faciendū
 consulendum adiuuandum seu consensendum quia consilians et cooperans
 sunt facientes. **E**t **Paulus** dicit ad **ro. i.** **D**igni sunt morte non solū qui
 faciunt sed et consensientes facientibus. **N**ec omnes tales ad restitutio-
 nem tenentur eius damni quod contra iusticiam per eius auxilium altera pars
 incurrit. **S**i autem ignoranter quis iniustam causam defendit putans
 eam esse iustam excusatur a peccato secundum modum quo ignorantia
 excusare dicitur sed si est inuincibilis nec scire potuit faciens diligenciam
 quā debuit totaliter excusatur. si crassa aut supbia non excusetur. **E**t dicit
 sanctus **tho. q. predicta arti. iij.** **S**i aduocatus in principio credidit causam
 esse iustam et postea in processu appareat iniusta non debet causam pro-
 dere ut si aliam partem iuuat vel secreta sue cause alteri parti reuelet. pē

M. p. d. tenentur in breuibus
 p. p. p.

tamen & debet causam deserere & illum cui⁹ causam agit ad cedendum
inducere siue ad componendum sine aduersarij damno. Et sicut licitum e
insidijs uti in bello iusto ut patet in Josue & ex insidijs agere ea que fa
cere debet prudenter occultando non tamen licet militi falsitatem frau
dulenter facere quia hosti etiam est fides seruanda sicut tullius dicit li.
1. de offi. Sic etiam aduocato defendente causam iustam licet prudenter
occultare ea quibus impediri posset ei⁹ processus n̄ aut h̄ aliq̄ flicitate uti

De salarijs aduocatorum. 2c.

Sed de precio aduocatorum & procuratorum & eius quantitate dicit
Aug. ad macedoniu^m Aduocatus vendit licite iustum patro
nium & iurispitus verum consilium licet iudex nō debet v̄
dere iustum iudicium nec testis verum testimoniu^m. Et poit
beatus thomas rationem quia ea que quis nō tenet alteri exhibere iuste
potest eorum exhibitione recōpensationem accipere & talis est aduocat⁹
Et similis ratio est de medico opem ferente infirmo ad sanandum & de
alijs similibus p̄sonis. nec hoc est contra iusticiam dū moderate accipiāt
considerata p̄sonarum conditione & negotiorum laboris & consuetudine patrie
Si tamē imoderate aliquid extorquerēt peccant contra iusticiam. vnde
Aug. dicit ad macedoniu^m qui ab h̄is extorta p̄ imoderatā improbitatem
reperi solent data p̄ tollerabilem consuetudinem non solent. Ideo ī h̄is
regula generalis a nullo dari potest s; recta ratio informata ex p̄dicta
consideratione debet esse regula. & prout sapiens determinabit exclusā
effrenata cupiditate nisi pacto aut conventionione voluntaria interueniente
qua pacta sunt seruanda & volenti non fit iniuria. Non enim ī omnes
euentum iurispito aut medico licet exigere quantum vult quia forte
p̄ labor necessarius est p̄pter nature fortitudinē que optima medica
est. aut p̄pter cause tractande manifestam iusticiam que velociorem finē
ei imponit. vnde maior consideratio debet esse in labore & consuetudine
patrie quā utilitate illius cui⁹ causa vel sanitas p̄curat quia utilitas
illa⁹ non forte dependet solum ab aduocato vel medico sed a bene utente
vnde sicut dans vsuram si multū lucrat de pecunia quā accepit ab usu
rario n̄ tenet plus vsurario q̄ pecuniā capitalē sic hic in p̄nti vnd̄ nō
potest vendere illud qd suū non est sed labores p̄rios bene potest quis
vendere & non reprehendendum puto. Si etiam considerata medici habi
tudine si sit doctoz aut expertus q̄ p̄pter iusticiam distributiūā amplius
sibi debet q̄ simplici bacculario aut min⁹ experto. sicut videm⁹ in q̄libet
architectonico op⁹ artis dirigente qui p̄ferē in mercede alijs plus labor
rantibus manualiter & minus doctis. Sic etiā de aduocato doctore qui

totū dirigit negotium pradicās in studio et speculatione per fortes yma-
 ginationes et occultas cogitationes. etiam si sit sublimis persona per qua
 fit sollicitudo expedit statui suo et magnificentie ut se non conformet
 statui inferiori. Et aduocatus siue medicus in pradicis suis rō ponūt
 aliqđ spūale pro precio licet sciēcia sit spūalis tamen vsus ei nō ē spi-
 rituale sed opus corpale qđ licite cadit sub p̄cio. Alioquī nulli artfici
 liceret de arte sua lucrari. Ut aut aduocatus imūnis sit a peccato. Pri-
 mo requiritur sciēcia iuris per quā causam dirigat. secundo qđ utatur
 hac sciā opās scđm eā. t̄cio ut diligēciā sibi possibile nō omittat. et tūc se
 curus erit etiam si causa ruat dūmodo scđm testimoniuū consciencie cre-
 didit se fouisse iustā causā qā piclitatio cause ex multis cau salijs eue-
 nire potest tam ex pte iudicis quā ex pte testium seu instrumentoz q
 aduocato iputari non debent nec possūt. De medico vero similiter iste
 condiciones requirunt ut sit imūnis ab homicidio si infirmus moriat̄.
 Et addit̄ quarta ne sit irregularis ut sciēcia cum non remordeat d
 aliquibus istis tribus vel alijs quia si contra conscienciam ageret cele-
 brando edificaret ad iehennam. Ponūtur hec in decretali ad aures de
 etate et qualitate ordinā. ex p̄tos scio nō latere qđ insatiabilis sitis vigi-
 in quibusdam aduocati officio fungentibus pcuratoribz atq; medicis.
 Ideo enī omne studium impendit̄ facultati iudicis. Ideo frequētatur
 curie pallacia consistoria gñalia cōcilia ut thesaurus confortet̄. Ideo
 progant̄ cause exceptiones impetnētes pponuntur cause desperatē et
 iniquissime defendunt̄ et innumerabiles dolositates excogitant̄ emūcur
 lites moucunt̄ etiā litigare nolent̄. De quaz machinationibus berni-
 hardus de p̄sideratione plura ponit. Nō inquit sunt q̄ linguas suas do-
 cuerunt loqui mendacium largissime p̄missiones possimi exhibitozes
 blandissimi aduatozes mordacissimi detractozes simplicissimi sitatozes
 et malignissimi proditozes. Siciunt lites ac insligant ad eas nec p̄ce-
 curant imo lites pacem estimāt. Unde dicit Aug. li. de operibus mo-
 nachozum. Deum testem inuoco qđ mallem per singulos dies manibz alijs
 quid opari qđ tumultuosaz causaz pplexitates pati. Et abro. dispē-
 dijs litum carerenon mediocre lucrum ē. Ideo diuino iudicio tales sepe
 puniuntur per destitutionem loquele aut etiam rationis ante finem vite et
 merito ut per que peccauerunt per hec et torquent̄. De alio legit̄ qđ lingua
 eius intumuit in infirmitate et amonicus ut confiteret̄ et sacramēta per-
 cipet ppter mortis piculum instans. Ille appellans a manifesto graua-
 mine expirauit. Et quidam aduocatus moriens enormiter linguā p̄rā
 extraxit. Item alter aduocat̄ egrotans admonit̄ ut eucharistiam p̄ci-
 peret ait. Iudicemus prius utrū rectum est astantes dixerunt rectum
 quibus ip̄e ait non est rectum quia cōpares mihi estis non potestis me

Qua regna et
 duales et nō
 immanis sit in
 fici.

Exple

judicare & sic expirauit. **N**eo vix inuenitur aliq̄ causa tam iusta quā
inuenit defensozem pro pecunia cum tamen medici considerantes alic̄
incurabilem infirmitatem nolunt se inuoluerē pro pecunia de ei⁹ cu
ratione. **N**em alter aduocatus dixit quidam paup̄i patrociniū postus
lāti causa tua siue iusta siue iniusta sit est in manu mea dūmodo tanta
sūma pecunie ponat̄ in bursa mea. **N**egimus in vita sanctorū **C**osme &
Damiani qui piissimi in arte medicine erant q̄ omnes gratis sine pec
cunia curabant. **A**d sanctum damianū quedam egra mulier palladia no
mme ueniens que omnia que habebat in medicos exposuit petiuit eum
ut eaz sanaret mox sc̄; damianus eā sanauit. **M**ulier quedā munuscula
obtulit sc̄; damiano qui noluit recipere tandem mulier aduocauit eum sa
cramentis fortissimis ut reciperet victus importunitate mulieris r̄cepit
cum comperisset scilicet **C**osmas frater ei⁹ indignat⁹ precepit ne cor
pus eius cum suo corpore sepeliret̄. **M**oxt sequenti dñs apens cosme ex
culauit fratres; suū q̄ p̄pter reuerēciam iuramenti & deuotionem mu
lieris recepisset. ideo sibi indulsit sed tales media hodie rari sūt q̄ pau
perum sicut diuitum curam habent. **S**ed ubi locupletiores sciunt dilis
gencius accedere q̄sueuerunt non p̄pter ihesum tantum sed p̄pter deū
hui⁹ seculi. s. māmonā. r. pecuniā lege decretalem tua nos de homicidio
de quodā monacho chirurgico qui quādā mulierez a tumore gutturis
curauit consulens eidemne aduēctum iret ne moreret̄ que neglecto cō
silio eius mortua est papa requisit⁹ dixit non eū esse sine culpa alienū
officiū usurpando. **S**i tamē perit⁹ erat & diligentiam fecit post p̄ adā
p̄itenciam misericorditer potuit cum eo dispensare ut diuina celebra
ret alias non. 2c.

De consulibus & rectoribz cōmunitatum.

Nunc p̄grediendo ulterius speculādū est aliquid de hīs qui
sunt q̄munitatibus in ciuitatibz opidis castris atq; uillis que
in talibz sunt lugenda tanquā offensa oculorum diuine maiē
statis. **E**t certe non pauca se offerunt subtilibz speculanti h
non omnibz videntur. **E**t multa crimina ī talibz uetustissimis temp̄ibz
sic sunt continuata & a p̄decessoribz ad posteros propagata ut etiam p
lege defendunt̄ nec r̄phēsores admittāt. **S**icut olim de sc̄ domitis tra
dit sacra scriptura **Gen. xix.** **U**nde **Aug.** in ench. **D**e peccatis hoīm q̄
sola in uisitata exhorrescimus. uisitata uero pro quibus diluendis san
guis xp̄i effusus est quāuis tam magna sint ut omnino p̄tra se claudi
faciūt regnū sepe dei uident̄ iam tolerare sepe tolerando nō nllā facē
cogimur atq; utinam **O** domine non omnia que poterimus prohibere
faciam⁹ & pax ante hūc t̄tendit. peccata quāuis magna & horrēda

cū in consuetudinē venerint aut pua aut nulla esse credant vsq̄ a deo
 q̄ non solum occultanda s̄ & predicanda aut diffamāda videātur qm̄
 sicut scriptum est laudatur peccator in desiderijs anime sue talis ī d̄ms
 libris clamor vocatur. Clamor inquit sodomoz & gomorreozum multi
 plicatus est coraz me quia non solum non puniebantur apud eos vlla
 flagicia veruz etiaz vt publice leges frequētabāt hec ille. Et quidem
 scdm̄ plm̄ p̄mo politicoz. **Excellentissimus modus viuēdi est in cōis**
ratibus in qua repunt omnia ad vitam humanā necessaria oēs artes.
 & q̄ bene viuunt scdm̄ uirtutes iter se pacifici & ab hostibus securi mu
 nti intus & extra. Et ideo ciuitas est omunitas p̄fecta scdm̄ naturā ha
 bens oīa sibi ad finem suū necessaria hoc vtz si scz rectores bñ regūt
 bene impant bene consulunt bene iudicant tanquā prudentes potentes
 & gūebonū amantes. hec enim tria. s. prudentia potencia & amor s̄m
 plm̄ in politicis requirunt ad bonos omunitatū rectores. Et ad ciues
 requirunt q̄ bene obediāt obdruerit bene cū obtinent recte in p̄t b̄
 sed putas ne hec omnia in aliqua omunitate repiri posse nisi forte ī illa
 felicissima ciuitate dñi uirtutū ciuitate dei nostri ad quā quotidie suspi
 ram⁹ dicentes. **Adueniat regnum tuū.** Et si in aliqua multitudine sū
 cōitate. peccata p̄ consuetudinē iualuerint ad correctionem illius multu
 tudinis seruandus est modus quē **Aug.** ponit ī ep̄la ad aureliū dicēs
Non asperere quātum existimo non duriter. non mō impio illa tollunt
magis docendo q̄ iubendo magis monendo q̄ mirando. Sic enī agēdū
 est cum multitudine. **Seueritas** autem exercenda est in peccata pauco
 rum. Et siquid mimamur cum dolore fiat de scripturis ommando vint
 dictā futuram. ne nos ipi in nostra potestate sed deus in nostro sermōe
 timeat. ita prius mouebunt spūales vel spūalibus pximi quozum aus
 toritate v̄ leuissimis quidē sed instantissimis amonitōibz cetera multi
 tudo frangatur hec ille. Et hoc ideo debet fieri ne seditio aut turbatio
 grandis in multitudine oriatur. cui seditioni cedere debet quelibet spiri
 tualis culpa. Descendendo igitur ad spūales abusiones in omunitatibz
 primo accipitur omunitate violatio saluati siue sacraz festiuitatū p̄tra
 mandatū dei. **Memento vt diem sabbati sanctifices Exodi. xx.** Quā
 publice offert hui⁹ mandati transgressio hoc in veduris hoc ī mer
 cancijs hoc in mechamis artibus hoc in placitis negocioz secularium
 que p̄ totam septimanā cessent excepto die dñico aut festiuitatibz sans
 doz. nec diffidendū q̄ pro pace r̄formāda & litibz sopiēdis vbi graue
 scandalū immet licita a iure censetur placitaq̄. Sed cessantibus h̄ijs
 causis mīme sunt licita q̄a alio die ferato possunt hec expediri. & sciāt
 se non leuiter peccare qui opam dant istis placitationibus sine dāno dif
 ferabilius. **Maxime** quia multū distrahunt mētem hoīs ne diuinis

Qua bona ciuitas

*tria requirunt ad bonos
 rectores
 et obedia in seibz.*

*1. reprehensibile abufio
 sabbati.*

intendere possit. Ob qd sp̄aliter sanctificatio sabbati est instituta eueti
ones cū curribus ad molēdina ad foza ad nūdimas ad nuptias ad loca
etiā remota ad placata & ad alia p̄ta negocia fieri uidemus idifferenter
Et forte amplius tunc q̄ alia die que nullatenus licite valēt excusari
a graui excessu nisi necessitate excusante aut pietate suadente pri^o in
diuinis auditis venditiōes etiā si iudem^o publice cū expositionibz rerū
mercancialium sicut alia die siue in nūdimis siue in alijs diebz forensibz
quis audbit illos excusare exceptis tamen esculentis & poculentis q̄bz
humana fragilitas illa die carere non valet sicut i emptiōibz carnū
ouoz auū aut ceteroz que breui tempe consumi possūt & non requi
rūt lōgā morā in ipoz opatiōe & que alia die forte inueniri n̄ possent
dinis tñ p̄p̄ ista non neglectis legim^o. .ij. **E**sdras xij. q̄ esdras. iussit
claudi portas iherusalem & neminē de negociatozibz pmisit intrare pro
emendis aut vendendis rebus nisi transacto die sabbati nec permisit
alios onerare vino uuis ficubz neq̄ aliquibz oneribz ut intro ferrent
in iherusalē i die sabbati neq̄ pisces neq̄ aliqua venalia pmisit iferre
aut vendere i iherusalē. **C**ontraria facientes grauiter oburgati sunt
ab eo. **T**ñ non puto existentibz & omozātibz in ciuitatibz tantā factōā
azitudinē in quozānīs necessarijs breuiter emēdis & consumendis.
Deductozes vero ad ciuitates venalia ligna stramina mercancialia p̄a
nos piper fenū & alia talia non audeo excusare a violatione sabbati car
nifices vero & pastozes p̄ncernas thabe narios vna & pot^o & victu
alia transeūtibz vēdentes nō puto iuoluēdos damnationi qui nō ex aua
ricia sed ad gūe; valitatē releuādā hec agūt & ad necessitatē sic etiam
de panibz vēdeadis. **T**ñ p̄ elemosinas redimendo eoz negligenciā. **D**e
modo vero seruamō festiuitates & que licet & que nō licet alias recolo
me scripsisse & de micijs festiuitatū & de desitione earūde; plangenduz
est ac lacrimis deflendū q̄ nōo curat de diuine legis transgressione q̄
ad sc̄ificationē sabbati s; heu q̄ p̄mi d̄berēt eē i correctōe sūt p̄mi i trā
gressiōe sic or. i. **E**sore. ix. mā^o p̄ncipū & magistratuū p̄a fuit i trā
gressiōe. **H**ec autē cura p̄ ipuz m̄cūberet conulibz & redōibz omu
nitatū qui sub certis penis facile haberent remediū apponere oportuū
Ita materia posset dilatari sc̄dm sp̄em & formaz cuiuslibet ciuitatis.
Secundū rep̄hensibile i cōsulibz ciuitatū est q̄ ipsi viros sp̄uales & ec
clesiasticos tam religiosos q̄ clericos seculares subicere conant talijs
exactionibz tributis laboribz & seruicijs euetiōibz expeditionibz etiaz
in fossatis & liguis portandis p̄ se aut p̄ ipsoz familiam. **E**t qñ q̄ n̄ p̄
necessitate cogente aut imminente. **E**t quidam p̄ munienda ciuitate im
minente obsidione ciuitatis excusabiles possēt videri quo cessante gra
uissime culpabiles sunt & peccant mortaliter sic ecclesiasticaz libertatē

2 reprehensibile
in sp̄alibz
oppressionē ecclesiasticaz

suppressentes more pharaonis qui filios israhel seruire cogebat i luto
 & latere. Attamē sacerdotēs & ydoloz cultores liberos esse decernebat
Gen. xlvij. 7. Eldre vij. Et qđ omnibus talibus formidabile debet
 esse. Tales consules & redores gnumratū si gūitati nō desiterint taz
 ipsi qđ fautores ipoz excōicatiōm se nouerint subiacere & scđm Inno.
 est sententia lata pmissa monitione. sed si tanta foret necessitas ad eam
 releuādam si laicoz non superant facultates ep̄i possūt & debent req̄ri
 p̄ consules qui considerata necessitate aut gnum utilitate possunt cler
 nicis subsidia moderata & honesta iudicare. Si tamen ep̄oz ad hoc nō
 sufficeret discretio Roman⁹ pontifex sup hoc cōsuletur. Cui⁹ interest
 gnum utilitatibz prouidere. nec tales consules sic clerum grauantes
 pri⁹ gnum iōm restituātur donec satisfacionem fecerint ḡp̄tētem. Fas
 dunt ad hoc duo generalia concilia p̄ duos decretales scilicet nō mī⁹
 & c. aduersus de emunitate ecclesiaruz que bene sunt notāda & ad exes
 cutionem ponēda. Si tamen clerici essent negotatores tunc sicut laici
 ad exactiones uiderent qđ ad hoc obligari utz p̄ capitulū vlt mū de vi
 & ho. clericoz. De imobilibz vero. De quibz antiquā ad ecclesiam dūe
 mrent tributa sunt soluta & erant tributaria tenent soluere sicut pri⁹
 quia res transit cum onere. Sunt canones sup hoc quos silencio per
 transeo nisi de nouo essent priuilegiata. Et licet grauer laici p̄tra cle
 rum & religiosos in hoc peccant & clerici se cueri non valcant. Nō tñ
 putandum est qđ laici ip̄sue id agant dīo p̄ se aut p̄ alios illos seueri⁹
 pumēte aut pestilētiāz aut caristia scz fame aut gladio aut incendijs
 que sepe in ciuitatibus fieri uidemus quas tres penas p̄ hēte crebrius
 gmiati sunt peccātibz saluo diuino iudicio qđ p̄ssuri sūt qđ mīstros
 dei inuiose molestant. Dicit emm xp̄s qđ vni de hys mīmis meis fe
 cistis mihi fecistis. Et si damnatione c̄noxij iudicandi sunt qui sua p̄
 priā mīstros dei non dederint. **Matth. xxv.** Quanta damnatione digni
 sunt qui etiam ip̄s sua tulerunt habē de hoc sapie v. Strabunt iusti in
 magna constancia aduersus eos qui se angustiauerūt & qui abstulerūt
 labores illoz. **Et sicut vox martiz clamat ad deū p̄ vindicta. sic vox**
inuste oppressozum. Tertium rephensibile est acceptio p̄sonarum i cō
 munitatibz contra illud legis diuine. **Non accipies cuiusquā p̄sonam**
ita paupem ut diuitem iudicabis. Ideo differētia est inter acceptiōz
 cause & acceptionem p̄sone. Nam cum quis considerat illā p̄p̄tatem
 p̄sone p̄pter quā id qđ ei conferē est ei debitum tunc non est acceptio p̄
 sone s; cause. **Vnde glo. sup illud eph. vi.** Non est p̄sonarum acceptio
 apud deum. **Dicit iudex iustus.** Causas discernit non p̄sonas. Sicut si
 aliquis promouet ad magistrū p̄pter sciētiā. Etiam si sit frater p̄
 mouentis. Si aut aliquis considerat in eo cui aliquid conferetur non id

3 tunc reprehensibile
 acceptio p̄sonarum

propter quod illud ei tribuitur esse ei proportionatum vel debitum sed solum quod est iste homo petrus vel iohannes. Nam est personarum acceptio non cause ut si quis promoueret aliquem quia frater filius aut consanguineus. Ad personam autem refertur quecumque condicio non faciens ad causam propter quam fit dignus hoc dono. Concurrent tamen quecumque simul causa et persona ut si frater dignus sit beneficio aut magisterio tunc respectus est solum habendus ad causam non ad personam tunc non dicitur acceptio persone sed cause hec vero persone acceptio in iudicijs plurimum solet sibi locum vindicare ratione munerum consanguinitatis promotionis fauoris timoris odij vel amoris aut spe alicuius retributionis. Quocumque talem exprimo personarum acceptio nem in regibus episcopis prelatibus iudicibus consulis rectoribus et vniuersis. Iam quilibet fingit sibi colorem executionis sed deus qui intuetur corda aliter iudicabit. Si pauper non habens dare munera aut amicos postulat quod iuste deberet sibi ministrari non datur sibi audientia. Diues vero potens aut munera apportans mox meretur ingressum et optata obtinebit. etiam si forte iudeus aut puerus fuerit. Et ideo in ciuitatibus fiunt sepius seditiones murmuraciones et quecumque sanguinis effusiones propter iniquitatem administrationum. Quidam etiam per indirectum extorquere solent munera et seruicia preteritantes difficultates excusaciones querentes ut istum cogant ad munera offerenda. Aliter preces non exaudiuntur nec iusticias facturi quod facis appetit ex eo quia mox datis muneribus consequuntur quod erat prius denegatum quasi dicerent. Alud exodi. Non apparebis in conspectu meo vacuus pretendentes sibi illud non miserearis in iudicio pauperis. Exodi. xxij. Sed hoc intelligitur scilicet ut iusticia deues pro est paupertatem non ut a paupe extorqueas aliqua ut sibi iusticiam facies. In istis vero et in alijs muneribus aut seruicijs sic per occultas machinationes extortis quilibet accipiens iusto dei iudicio tenetur ad restituciones omnium acceptorum. etiam a iudeis qui nihil habent nisi de usura nisi iusta sibi ista deberentur pro expensis aut libera voluntate sine aliqua extorsione tribuerentur. Ideo Aristo. in politicis dicit. Omnis policia est bona in qua plures uirtuosi diuantur. pessima in qua plures mali. Prima est aristocraciam. secunda democraciam. primi querunt bonum omnium. scilicet proprium. Vbi vero unus solus et bonus principatus dicitur regnum. Et est optima policia pessima vero ubi tyrannus. aliud vero impossibile in ciuitatibus est de iniquitate reum venalium et vendibilium. Interesset enim consilium cuiuslibet manerere rerum vendibilium certum statuere precium secundum proportionem temporum locorum reum et personarum ut ciuitas non grauaretur et pauperes etiam sibi de hijs prudere possent et vendentes non minus lucrarentur et alij grauarentur. Et hoc heu raro vel nunquam debite fieri uidemus siue clara sunt non clara venduntur pistozes vero nec minuunt nec augent de precio panum

quod reprehensibile si non attendant pau. emp. foris

magis tamen agent & hoc vt multi putat. Et ideo sic sicut vulgarter
dicit. Si canibus porciones carniū ad os piciunt mox latrare desinūt
quod intelligentibus satis patet de muneribus consulibus donatis extra illud
propheticum. De qui iustificatus impiū p muneribus & iusticiam iusti au
feris ab eo ysa. x. Item aliud nimis est abusu suū i cōitatibus scz imia
preciositas vestium & ornatu tam viroz quā mulierū vltra statum eoz
Nam & cernūtur tante pompe in quozūda; vestibus q nec militares
aut principes talibus vt consueuerunt & vxores regum & principum
starent ostente imo nec tales regunt vte. Contra id petri. non i veste
preciosa. sicut enim in ecclesia deus diuersos gradus instituit scdm sub
& supra. sic vnicui q gradu sibi conueniencia coaptare voluit hoc est i
locis cibus vestibus & ceteris ne confusio esset in ecclesia. sic etiam cas
rimata sua scz dona spualia diuisit pnt voluit scdm pauli sententiam.
alios apostolos alios euāgelistas. 2c. Alios pastores alios dōdores ad
epb. iij. Cernūtur puerlo ordine quedam mechanicæ vxores futozum
tanta preciositate vestiu incedere sicut consulum vxores. & penesice si
militer. Et vna aliā considerans mox sibi cupit adequari in auro mar
gartis sericeis vestibus subductis mardurimis sc bolinis contra illud.
pmi petri. iij. Quarum non sit extrinsecus capillatura aut circūdatio
auri aut indumētū vestimētoz cultus. In quo prohibitoria exheretatioe
quilibet se speculari deberet. Ex illa enim supflua cultura multa mala
oriuntē opa misericordie inmutur auaricia & cupiditas accurrendi di
uidias augetur sic q vni vix sibi & vxoribus procurare possunt ad
satiandum eozum desiderium. De prouocatione & irritatione ad inconti
nenciam non licet mihi aliqua dicere sed testificetur cuilibet consciēcia
sua & cor suū scdm illud puer. vij. Ecce mulier occurrat ei ornatu me
reticio prepata ad decipiendas animas. Vrde dicit sanctus Thomas
mulier coniugata licite potest opā dare ad hoc vt viro suo placeat ne p
ctus gremptū in adulteriu; labatur. ideo dicit. i. Cor. vij. Mulier que
nupta est cogitat que mūdi sunt quō placeat viro. Ille autem mulie
res que viros non habent nec volunt habere & sunt in statu non hōdi
non possunt absq; peccato appetere placere viroz aspectibus ad concu
piscendum quia hoc est dare incentiuū peccandi. Et si aliquæ hac intē
tione se ornent vt aliquos puocent ad cōcupiscendū mortaliter peccāt
Si autē ex quadam animi leuitate vel etiam vanitate ppter quandam
animi iactanciam non est semp mortale si quē delectat nosse qd nocumētū
attulerit speciositas mulierum respiciat herodyadem que caput Johis
baptiste abstulit bethsabee que dauid homicidam & adulterū fecit Tha
mor que fratri suo amon occasionem incestus prebuit. que troyana; ci
uitatem destruxit. que salomonem sapientissimū ifatuauit. Mulieres

† hęc vestib. p muneribus
habent vestium

banza speciosarum
vestitum mulierū

etiam nullo superueniente ornatu ex fomite peccati multoꝝ corda ificiunt
quãtomagis si oleum igni apponatur vt ardeat. **Q**uid aut de adulterio
incestu & incontinecia veteru dicam cum etiam nostris temporibus nescio
an aliqua cõitas libera sit ab hys vicijs palpare & videre quilibet potest
nec expedit mihi fodere parietem nec necesse est eum fodere. Cũ etiã
ianue apte satis indicant quid de hoc vicio sit sentiendũ. Expediret igit̃
vt p̃ rectores ciuitatum ponereẽ modõ hys ornatus scõm habitudis
nem cuiuslibet status. Et pena pecuniaria apponereẽ transgressoribus
irremissibiliter psoluenda vt audio in quibusdã ciuitatibus praticari
Et si ulterius velimus oculos mentis atollere indubitanter repimus
sacrascriptura testante quõ totius mudi inuentus causam sumpsit ex
pulcritudine mulieru. Scribit̃. n. Gen. vi. q̃ ante diluuiũ viderũt filij
dei scz Hech filias hoim scz Cain q̃ essent pulcre acceperunt sibi vx
ores ex omnibus quas elegerant. Et expost diluuiũ factum est p̃pter i
contineciam hoim in quo totus mundus perijt. exceptis octo hoibz vt
patet in eodem capitulo & sequẽtibz. Scimus p̃pter quẽ finem vestes
homini deputate sunt scz ad tegendam turpitudinem vt in paradiso ade
& eue ad frigoꝝa ppellenda & ad calozẽ seruãdũ. Sed ad ornatum de
p se nisi vxozibus maritoꝝ non repimus in scriptura sancta nisi falloꝝ
esse institutas. Vnde Jacob petiuit ad eo vestimentũ quo opiri posset
& Paulus ait. habentes alimenta & quibus tegamur hys contenti simus
.i. thym. vi. Est tamen excellẽtibz psonis vestis p̃ciosior non prohibita
ne vilescat eozum status dũmodo sit moderata prefate ueritati testis e
iste. damnate memorie diues epulo qui purpura & bisso fuit vestitus
& p̃pter hoc sepultus e st in inferno Auce. xvi. Vbi soluti sũt doctozes di
latare materiaz de vestiũ habitudine. Testis est nihilominõ memoria di
gna Susanna de qua scriptura refert q̃ erat delicata nimis & pulcra
valde Danielis. xij. Quo p̃ eius pulcritudinẽ ipa remittente duo senes
puerũ captũ sũt laqueo oculoꝝ suoꝝ. Insup & holofernes princeps mi
licie nabuchodonosoz regis & assuerus rex tempore hesdre regine de
quibus hystozie autentice late patent.

De alijs reprehensibilibus.

Et si velimus ad eam mentis intendere ad ortũ diuinã scri
pturã multas enormitates ipse nobis apunt olim fuisse
& nũc forte nõ mmõ adhuc existere in gũitatu. Dicẽ emz
osee. iij. Non est veritas. nõ e misericordia & nõ e sciẽcia
dei in terra. male dictum & mendaciũ & homicidiũ furtum & adulteriu
mundauerunt & sanguis sanguinẽ tetigit & p̃pter hoc lugebit terra &
infirmitur omnis qui habitat in ea vtmã p̃pheta veritatis qd̃ dictũ

ob q̃m facia vultu

impossibile est verum non dixisset an forte tēp̄a nostra felicioza sunt
 tempib⁹ illoꝝ qđ ego nīme credo. **A**ccedat ⁊ alter testis veritatis da-
 uid regius p̄pheta qui contemplatoꝝ veritatis existens longe post fus-
 cūra se est fatiōnatus ait vidi iniquitatem ⁊ contradictionez in ciuitate
 die ac nocte circūdabat eā sup̄ muros eius iniquitas ⁊ labor in medio
 eius ⁊ iniusticia ⁊ nō defect de plateis vsura ⁊ dol⁹. **E**cce nouissima
 vicia sūitatum septem ore p̄phético cognouim⁹ ⁊ vtiā uidere ea cuncti
 die non cogere mur. **E**t si sanctus p̄pheta talia non p̄phetasset quilibet
 sapiens ⁊ emulatoꝝ diuine legis rerum expiēcia docēte compelleretur
 sup̄ tēta p̄dicare. **P**rimū ponit iniquitatem ⁊ inequalitatem nō qđ oībo
 paria sunt in sūitatis mīstranda sed qđ scđm diuersoꝝ statuū ciuū
 p̄porcionabilia cuiuslibet oportet p̄uideri scđm iusticiam nō semp̄ omu-
 tatiuam que consistit in quāttate rerum s; scđm iusticiam distribuā
 que consistit in p̄porcione p̄sonaz habito respectu ad superioritatem ⁊ in-
 ferioritatem. **S**ed queso in qua p̄hca hec equitates seruātur hoc quo
 ad p̄motionem dignoꝝ sapieñcioꝝ ⁊ uiruoꝝ ad regendum sūita-
 tes sed heu crebrius expimur qđ scđm fauorē muneꝝ consanguinitatū
 libram vadunt tales p̄motiones ut sicut olim quicūq; voluerit implere
 manū potestatem habentis optimū principatum. **S**imiliter ⁊ in distri-
 butionibus officioꝝ mediocꝝ ⁊ inferioꝝ talia vsurpanē. **S**imiliter ⁊ in
 contributionibus ⁊ exactionibus laborib⁹ seruicij⁹ libertatibus ⁊ alijs
 sūitatis administrationibus quoz uolunt miserentē ⁊ quos uolunt ag-
 grauare non verent. **S**ed deus qui facit iudicium iuriam patientib⁹.
Secundum viciū ponit dauid qđ ex priorī merito sequē est s̄dictio
 in ciuib⁹ videntes enim inequalitatem p̄ferri equitati quō non murmu-
 rarent contradicerent ⁊ rebellārent p̄sidentibus. **S**icut qui in vinea
 a prima hora vsq; ad vesp̄am laborabant murmurabant contra pa-
 trē familias de inequalitate mercedis causantes sed aliud erat ibi aliud
 hic. non. n. possunt consules dicere an n̄ licet nobis qđ volumus facere
 sicut heu plures faciunt hoc. nō rationē sed placitum sedantes oportet
 hāc pauli docēnā sectari. reddite oībo d̄bita cui ebtū ebtū cui uectigal
 uectigal. **R**o. xij. **S**cđm. n. p̄s̄m in politias. **O**is enī p̄hca corūpiē
 scđm inequalitatem. vnde dicit. vij. pol. qđ seditiones fiunt in ciuitatib⁹
 p̄pter inequalitatem aut scđm quantitatem aut scđm p̄porcionem. **T**eo
 estimantes se habere equale ⁊ non hūt mouent seditiones vnde muta-
 tiones fiunt policiarum. **T**ercū viciū ponit **D**avid in sūitatis. s. inis-
 quitatem vident enim ciues a p̄sidentib⁹ non seruari equalitatem inter
 eos audacioꝝ fiūt ad plura vicia sicut dicit p̄phus p̄mo p̄phicoꝝ vno in
 conuenienti dato sequētur plura efficiunt inobedientes effrenes rebe-
 les ⁊ p̄tempnentes supioꝝes. **Q**ue oīa eis audaciam prestant ad vicia

vicia ciuitatum

13

Iniquitas seu iniquitas

2. Obcuratio.

Iniquitates et p̄p̄ta

amicus hoc vicium quantum abundat in ciuitatibus. nescio si est explicabile lo-
quitur pacem cum proximo suo et occulte ei ponit insidias. **Tantum** hec
fraudulencia et dolositas per experientiam inualuit pene apud omnes hoies
ut vix inueniatur cui fidem accomodare quis debeat. Nam dicit **Iere.**
vnu quisque a proximo suo se custodiat et in omni fratre suo non habeat
fiduciam quia omnis frater supplantans supplantabit et omnis amicus
fraudulenter meedet et iur fratre suum deridebit et veritatem non loquetur
Iere. ix. O quam vera sunt ista iam non discimus per heretice oraculo sed
cotidiano experimeto. Et ne predictis vicijis a dauid enumeratis eem
contenti audiamus et altere prophetam **Ezechielem** posterozem dauid. quod
sentiat de quibusdam que causam prebent multis et enormibus peccatis. In
omnibus. n. ponit quatuor que sodomitas peccare fecerunt. hec sunt in
iquitas sodomie sororis tue. supbia. saturitas panis. abundantia. et ocium
Ezech. xvi. Hec. n. quatuor abundantie consueuerunt in magnis ciui-
tatibus que ex firmitate abundantia et ocio solite sunt supbire. et dicitur
vacare ad que sequitur secundum **Iero.** Obluio dei quia putant precia bona
esse perpetua et nullis alijs indigere. Ex quibus sequuntur alia innumera-
bilis et horrenda uicia scilicet oppressio pauperum eleuatio contra deum negli-
gencia timoris domini qui prope qui dum sibi non putant necessarium tanquam
omnia in copia habentes. Insup et incontnencia que voluptates sequi
solet sicut in sodomitis patuit. Castitas enim piclitate in dicitur secundum
Herihardum. Unde deus sepius permittit plagas enormes sup ciuita-
tes scilicet gladios hostiles. Incendia pestilencias odia nobiliu scilicet
regum et principum qui eos per penam ducant in cognitionem sui. Et que
se firmissimas estimauerunt ad humilitatem reuocant per penas sic ihe-
rusalez supba et firmissima nabuchodonosor vastata est. Sic nimue la-
tissima. Sic babilonia aqvs vndiq; et muris firmissimis exaltata tempe-
balthasar regis in vna nocte per **Cirum** et **darum** reges perfarra expu-
gnata. Et rex cum suis principibus ocafus **Daniel. v.** Et dicit **plis. ij.**
politicoz quod babilonia tam grandis et latissima fuit ciuitas quod vna parte
capta et rege ocafio. Alia pars ciuitatis vix tercio die hoc cognouit quod
ciuitates ditissimas et latissimas deus humiliavit propter eorum vicia sicut
et **Tirum** maritima de eorum pulcritudine et opulencia quanta fuerit scribitur
in **ezech. xvi. xxvij. xxvij. capitulis.**

Cause viciorum. 2c.

Ad cognoscendum causas viciorum. Cur sic inualuerunt in omnibus
omnibus et populis Incipiendo et a curia pape et impato-
ris descendendo vsque ad vicium minutissimum per omnes totum or-
bis etiam religiosorum episcoporum et aliarum ecclesiasticarum secularium

*propter hoc alia et
vicia et orbis
sequantia.*

gnitas. **P**rimo sciendum qd scdm phm. x. est. In qualibet. n. gnitate mixta sunt boni & mali probi & reprobi. Inter quos sunt quidam bene nati & bene educati a puericia & p naturalia bene dispositi ad uirtutes quidam vero e contrario de mala complexionem & nec bene educati nec bene nati. **P**rimi facilliter sunt ducibiles p leges bonas & iustas & p sermones sapientum ad uias uirtutum & consuetudine harum legum fiut uirtuosi. **A**lij uero non tales sunt. nec sufficit eis sermo sapientum ad bene moraliter uiuendum sed oportet eos timore penarum arcere a prauis actibus & necessitati magis obediunt qz sermonem iactare qz sono. idē oportet legislatores non solum p̄scribere sermones de opibus uirtutū & p eos prouocare ad bonum sed etiam oportet eos penas iponere trasgressoribus ut quē sermo non erudit erudiat flagellum. **E**t sic transgressores qui nolunt obseruācijs legalibus obtemperare amore iusticie saltem assuescere cogant timore pene. **U**nde dicit. **O**bedientes oportet uenerari ut angelos. rebelles flagellare ut asinos. **S**i quis tamē est insanabilis. **D**e eorum societate extirpare. **I**n principio tamen qlibet ante malum habitum acquisitum. stantibus etiam non bonis naturalibus p leges p quaz opationem consuetudo & habitus acquiritur potest de facili natura mala in bonam emutari dūmodo leges non intērupā. qd post malum habitum acquisitum pcurante mala natura difficile ē fieri. **U**nde p obseruanciam legum boni fiunt. **Q**uibus cessantibus natura infeda ppter delectabile exterius statim incorporat sibi morbidas passiones. **D**eo in omni policia & omnitute negligencia legum ē causa uiciorum. **E**tiam scdm phm in policia. legum uero negligencia ideo fit quia p supiores non puniunt legum transgressores sed unusquisqz permittit uiuere scdm appetitū sensualitatis qui est uiciosus. **D**eo uero feda correctionis a supioribus est causa maloz que fiut ī toto orbe & ī omni gnitate. **N**am neqz presidentes qui corrigere deberent p se legum sunt obseruatores. **N**ō nulla policia bene regitur ubi leges non custodiunt nec excessus corriguntur. & **A**ug. dicit ut prius est allegatū dormit at disciplina sicut ipunita nequicia. **D**e alijs rephensibilibus ī ciuitatibus silencio ptransire decreui. ut nā pmissa ab eis exularent.

De statu virginū & uiduarum

Dost p̄dicta libet aliqua tangere de hīs que in ecclesia nō infimū statū gerere scriptura sancta declarat scilicet fructū centesimū quo ad uirgines sexagesimū quo ad uiduas que duo genera frequēter legunt sibi sociata. **D**icit. n. paulus i. cor. vii. **M**ulier que inupta est. & uidua & uirgo cogitat que domini

sunt ut sic sancta & corpe & spū. **I**n qua auctoritate paulus t̄git finalē
 intentionem & regulam quā hec duo genera speculari debent scilicet co:
 gitare que dñi sunt & mundi ac pure esse corpe & anima. **N**on solum
 ab incontinentia corpis sed & mentis. **E**t non solum mentis sed & se se:
 gregare a strepitu secularum turbarum & adionū mūdānarū quantū
 corporis necessitas permittit. **H**ic enim possunt & non alias speculari
 que dñi sunt. mens. n. inherens tumultibus secularibus impediē i spe:
 culatione domini sicut aqua mota non suscipit nec remittit clare faces
 meuentis. **H**abent uirgines speculum uirginitatis xpi matrem mariam
Habent uidue speculum purissimā annam uiduam que interesse meruit
 presentatiōi xpi in templo a pentibus die purificationis eius luce .ij.
Ubi describitur stat⁹ sanctarū uiduarū que & meruit dici & hecissa ha:
 bens inuiditate octogintaquatuor annos obsecrationibus seruiens die
 ac nocte n̄ discedens de templo simul & ieiunys vacans. **D**e q̄bo uiduis
 & earū statu sup eodem euāgelio tractant doctores magras uirtutes vi:
 duarum. **I**bi potest qui uelit requirere & inuenire hic p me n̄ iserēda
Alio etiam loco paulus habitudinem uiduarum describit uidua inquit
 eligat non min⁹ sexaginta annorū que fuerit unū viri vxor in opibus
 bonis testimoniū habens si filios educauerit si hospicio r̄cepit si p̄des san:
 ctorum lauit si tribulationem patientibus submisit si omne opus
 bonū subsecuta est. i. ad thym. v. **H**ec omnes conditiones debent esse in
 uiduis que iuiduitate uoluerint aut uouerint p̄manere. **S**ec⁹ de ado:
 lescencioribus uiduis. **D**e quibus mox in sequētib⁹ d̄terminat eas d̄s
 docens ut ibidem sequē. **Q**uibus sanctis uiduis omnis curiositas an:
 nulozum uestium calciamentorū anguloꝝ pepuloꝝ cum amore contempla:
 cendi secularibus debet damnosa uideri nulli nisi deo placere cupientes
 & decorē mūdiale m̄ quē prius uiris exterus p̄tendebat sponso suo xpo
 interius debent exhibere cui soli desiderant placere si saltem uere uidue
 cupiūt esse & n̄ fide. **Q**uas paulus distinguit **I**ubens eas honorari p
 ethimothēū ep̄m dicentem. **U**iduas honora que uere uidue sunt. **E**cce
 quāta dignitas earū que uident ab apostolo honorari p ep̄os. **D**einde di:
 stinguit iterum inter eas **Q**uedā enim sunt que filios & nepotes ha:
 bent discant inquit primū domū suam bene regere & mutuā viceꝝ red:
 dere pentibus. hoc enim acceptū est coram deo. **Q**ue aut uere uidua ē
 dissolata. i. nō habens domū familiam aut filios speret in domio & istet
 obsecrationibus & oꝛoibus & phibens eā a delicijs corporalib⁹ scz ciboꝝ
 & uestiū dicit. **Q**ue aut in delicijs uiuit mortua est. i. occasione mortis
 habet scz gr̄e de faali ruutura in peccatum p̄pter fragilitatem sexus fe:
 minis ubi supra. **Q**ue doctrina tam clara est ut expositione non egeat
 vtnā haberet executores aut executrices. **S**ed heu plures uidemus

Deo ipsi attendenda

Specula uirg. et uiduar.

uirtutes uiduarū

si quilibet...
 ar quos sunt...
 bene dispositio...
 nec bene educat...
 pro bonas & iustas...
 utudine harum legum...
 de eis sermo...
 amore penap...
 sermone iudice...
 rmones de opibus...
 uti eos penas...
 ue flagellum...
 obtempare amore...
 dicit. **O**becurans oportet...
 alios. **H**ic quis tamē...
 in principio...
 cum non dōmō...
 reus acquiritur...
 leges non metū...
 mala natura...
 iudicia...
 uisitat...
 quae hūi...
 re debere...
 ubi leges...
 prius est...
 rephendibilibus...
 exalare.

re de hīs que...
 a lūda...
 raximū...
 e libi locata...
 a virgo cognat...

de alio genere viduarum de quibus in eodem capitulo scribit quas iuxta
paulus deuterium dicens. **A**dolefcentes vero viduas deuterium. **C**um enim lux
uritate fuerint scilicet frangendo continentiam vidualem in christo nubere
volunt licitum putant habere habentes damnationem sed pro violatōe
voti qua primam fidem de continentia irritam fecerunt luxurando. siml
autem et otiose discunt arcuire domus scilicet spectacula secularia et non
solum otiose sed et verbose et curiose loquentes que non oportet hic ponunt
tria reprehensibilia in adolescentioribus viduis scilicet otiositas uerbositas et cu
riositas que in sacra scriptura arguuntur. **P**rimam multam malitiam docuit
otiositas. **N**am ut dictum est fuit unum de quatuor in domibus. **E**t dicit
poeta res age tutus eris. **S**ecundum in multiloquio non deerit peccatum ma
xime de mulieribus cuius eloquium quasi ignis exardescit et exardescere
facit in viris. **T**ertium curiositas que fuit in illo qui ad cenam uocatus
qui iuga bonum emit et curiositas vicio insistebat que in quibus sensibus
exerceat. **P**ro cenam neglexit non potuit impedimentum quod a tali beneficio re
tardat. hijs viduis consilium datur saltem si non se voto castitatis obseruare
erunt ut nubant et filios procreent ut matres familias fiant ne occasione
dictam ullam dent aduersario maledicti gratia ne alios scandaliscent aut
occasionem maledicendi prebeant. **A**dde etiam id quod idem dicit in cor.
vij. **D**ico autem non nuptis et uirginibus et viduis. bonum est illis si sic
permanserint sed in continentia ponentes se pro exemplo sicut et ego quod si se
non continent et non continere proponant aut non valent nubant. melius
est enim nubere quam uiri scilicet in libidine extra matrimonium quasi dicat.
melius est quod homo minus bonum habeat quam quod malum incurrat propterea dicta
de viduis super se uerum habentibus castitatis magis conueniunt. **D**e alijs autem
siue uirginibus siue viduis adhuc nubere cupientibus non est necessaria
tanta arctitudo uiuendi sicut paulus distinguit sed ornare se possunt mo
derate non causa concupiscendi sed ne sint odiose nuptices possunt in
licite si quid in corpore est difforme tegere sed supducere alienam pulcri
tudinem ut in criminibus alarum aut fucatis coloribus et unguentis nime licitum
sciunt eis dem. **N**ec enim iezabel legit fecisse que precipitata legit et pedibus
equorum conculcata et a canibus deuorata. **iiij. Re. ix.** **M**ax de hijs ui
diuis atque uirginibus potestatem sui corporis habentibus dicit paulus. **i. cor.**
vij. **D**e uirginibus preceptum domini non habeo sed ad continentiam castitatis
seruandam sed consilium deo scilicet continendi. **E**xistimo autem hoc bonum
esse sed continenter uiuere propter instantem necessitatem sed ad euitandum
occupatiōem circa necessaria presentis uite et post. **D**olo autem uos sine sol
licitudine esse que est in hijs que sunt matrimonio iuncti per quam impes
diuntur a spiritualibus exercitijs que sunt excellentiora.

*tria in uidijs
uirtutum*

De uirginibus autem
Sicut in libro
de uirginitate. **E**t in
etiam in uirginibus
femine castitas. **C**oncoru
tuo concupiscentis sunt tamqu
lunde digna est collicitas
cubitus et delectatione uentris
Primo qui propter in pa
pablo non motus sunt casti
pablo pmanerent ut quater
pagoone gualiter tam in
mentio fuisse delecto sine
dicitur sicut in uia. ut ratio h
carni. **D**o femine castitas le
negras carnis fuisse solara
na ardebit boni tam in
obsequio non errant in de
uolentiam carnis et nature au
uolentiam. **I**tem nat a que in p
Con parit et hoc quod in filijs
signe in marie elegi. **D**icitur q
et ne negrebus thalamum uir
uirtutis uoluit matrem. **C**on
equis sicut ipse ait in in
no excellentiora sunt angust
uig. nate p gratiam et egre
et in inuig. le uirginibus app
fuit. **P**o uirginitate. **P**o uirginitate
olentis meruit honorem in com
uig. uolentiam sicut merent tam
pous in de uero inuolentia
et inuig. futura filij dei gunt
fuit sicut inuig. et pro in
et inuig. mo inuig. tam habu
terme dandem angelo a deo
tot emilo siue uirginitate
habitas ad matrem in filij cu gunt

De virginibus.

De virginibus autem que se voto castitatis astrinxerunt. Sciendum quod secundum thomam quarto secundarie di. xxiiij. Sic diffinitur **virginitas**. Est in carne corruptibili in corruptionis perpetua et firma et immobilis meditatio. In meditatio potest tanquam formale castitatis. In corruptio autem tanquam obiectum siue materia sed caro corruptibilis potest tanquam subiectum de terminatum. Quanta autem laude digna est hec castitas deo premissa et perpetua voluntas ab omni concubitu et delectatione venerea abstinendi possumus elicere ex multis.

Primo quia primi pentes in paradiso uirgines permanserunt. sed eieci de paradiso mox in cuncta sunt passi. Et si non peccassent semper ut creditur in paradiso permansissent usque ad translationem in patriam. Et licet propter peccationem genuissent tamen sine peccati delectatione sicut et in alio opere merito fuissent delectati sine erubescencia ac si cibo usi fuissent ut tractari solet secundo secundarie. nec ratio fuisset absorpta in tali actu sicut post peccatum. Ideo formale castitatis semper mansisset licet materiale scilicet integritas carnis fuisset ablata. Item patet dignitas castitatis ex hoc quod natura dedit homini eam scilicet integritatem. Et opus nature est opus intelligentie non errantis sed dei secundum philosophos hoc constat quia non nisi per violentiam carnis et nature auferitur virginitas per claustrum pudoris apertionem. Item natura que semper tendit ad bonum indidit homini virginitatem.

